

## Band VIII., Nr. 3094, Seite 313-314

*Graf Eberhard von Württemberg beurkundet und bestätigt den Verkauf von Gütern und Rechten durch Reinhard von Berg an das Kloster Bebenhausen.*

Ohne Ortsangabe, 1281. Dezember 8.

Rationis ordo labefactari non patitur quicquid in rerum gestis per litteras fide dignas memoriter declaratur. Noverint igitur universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos Eber[hardus] dei gratia comes de Wirtenberc omnibus huius littere inspectoribus cupimus declarari, quod Reinhardus de Berge per manus nostras conventui de Bebenhusen Cysterciensis ordinis Constantiensis dyocesis vendidit bona sua pro triginta una libra Hallensis monete, que bona hic sub hoc ordine sunt exprimenda. Primo duas areas in villa Berge sitas, una apud dotem, secunda in cespite in fine versus Gazeburc cum omni iure et libertate, qua ipse et parentes sui iure hereditario hactenus possederunt. Item ibidem ex tribus areis suis sexaginta caseos et decem et octo solidos Hallensium, duabus enim sitis apud ripam, tertia vero apud curiam domini de Vrowenberc, cum omni iure et dominio sicut ipse et omnes antecessores sui possiderunt, quos Hallenses soror predicti Reinhardi nomine Ita quamdiu vivit percipere debet, post obitum vero predictae Ite ad conventum prefatum Hallenses prescripti redibunt, quia postea conventui predictus R[einhardus] vendiderit eos. Item duo iugera vinearum in montibus Erbenol et Eckertshaldun sita, que ipse prefatus Reinhardus antea pro remedio anime sue sepedicto legaverat conventui, de quibus Ita frugum quartam partem sub periculo culture vinearum antedictarum percipere debet, post mortem predictae Ite ad conventum antedictum eadem quarta pars libere redibit. Item unam libram cere vel yminum vini censualiter super duo iugera vinearum in Eckertshaldun, que vulgariter dicuntur Hagenwingart. Item in Grosenheckenbach duo summerina salis, que cedebant sibi de tribus iugeribus agrorum. Item ibidem bona sororis sue Ite predictae, que ipsa per manus nostras sibi sub hac forma legavit, ut ipse Reinhardus et pueri sui post obitum eiusdem Ite bona eadem deberent possidere, scilicet aream, domum cum horreo, orto. Item duo iugera vinearum sita in monte qui dicitur Gollenberc. Item unum iuger super via que dicitur Hertweg. Item duo prata, quorum quatuor iugera sunt. Item omne ius, quod ipse Reinhardus in bonis tam predictis quam subscriptis habere poterat vel debebat, que bona Ita prefata conventui sepedicto et suo monasterio per manus nostras et de consensu sepedicti Reinhardi antea legavit, scilicet curiam in Hevingen sitam, predium in Weibelingen, decimam in Oswil, quosdam census in Kannestat, aream in Ethertingen, advocatiam

## II

in Neckergruningen cum attinentiis eorundem bonorum predictorum omnium universis atque alia bona omnia mobilia et immobilia, que iam possidet vel in posterum possidebit, qualicunque modo ipsam contigerit possidere. De quibus bonis omnibus ipsius Ite prescriptis ipsa Ita annuatim in festo sancti Martini unam libram cere cum quadrante ad memoriam pro censu quamdiu ipsa vixerit sepedicto conventui presentare debet, post cuius obitum omnia bona ipsius Ite superius memorata debent conventui sepefato cedere imperpetuum ab omni vexationis gravamine tam ipsius Reinhardi quam aliorum heredum suorum penitus libera et quieta. Testes huius rei sunt: Fr[idericus] miles de Ethertingen, Heinricus et Heinricus fratres sui, Waltherus dictus Brun de Ethertingen, Heinricus dictus Husgenos et filius suus dictus de Bobelingen, Waltherus faber civis in Ezzelingen, dominus Fr[idericus] abbas in Bebenhusen, Fr[idericus] et Ūlr[icus] cellerarii ibidem, Albertus de Haimeshain, frater Heinricus dictus Harthuser et frater Cūnradus magister curie in Ezzelingen monachi et conversi monasterii eiusdem et alii quam plures fide digni. Nos Eber[hardus] dei gratia comes de Wirtenberc prehabitam erogationem et donationem rite ac rationabiliter factam approbamus et eidem consensum et favorem presentibus finaliter adhibemus atque omne ius, quod in prescriptis bonis habemus, predicto monasterio in Bebenhusen ob reverentiam et honorem sancte genitricis Marie in remedium parentum nostrorum et in salutem anime nostre sollempniter donavimus cum omni dominio libere et quiete ab omni vexationis gravamine possidere. Ut autem singula premissa ex parte prefati Reinhardi et Ite sororis sue rata permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum et actum anno domini MCCLXXX primo, feria secunda proxima post Nicolay, indictione X.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Anhängend das runde Siegel des Grafen von Württemberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2915 (WUB, Bd. VIII, S. 191).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 474 U 289

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 423.

**Regesten:**

Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63 (1855), S. 179 (nach Chronicon Bebenhusanum). Urkundenbuch Stuttgart, bearb. von Adolf Rapp, Stuttgart 1912 (Württembergische Geschichtsquellen, 13), S. 4, Nr. 14.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Bad Cannstatt Wohnplatz (7)

Bad Cannstatt, Stuttgart, S

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Berg, Stuttgart, S, A

Böblingen Wohnplatz (84)

Böblingen, BB

Echterdingen Wohnplatz (512)

Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

#### IV

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Feuerbach : Stuttgart S

Feuerbach Wohnplatz (17)

Gaisburg, Stuttgart, S, A

Großheppach Wohnplatz (1753)

Großheppach, Weinstadt, WN

Heimsheim Wohnplatz (7021)

Heimsheim, PF

Höfingen Wohnplatz (153)

Höfingen, Leonberg, BB

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Neckargröningen Wohnplatz (1198)

Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB

Oßweil Wohnplatz (1028)

Oßweil, Ludwigsburg, LB

Waiblingen Wohnplatz (1628)

Waiblingen, WN